

ruptis montibus, nisi q̄ expatiātia tecta multas addere urbes. In prima regione p̄trea fuere, ī Latio clara oppida, Satricū, Pometia, Scaptia, Pitulū, Politorinū, Tellene, Tifata, Cēnina, Ficana, Crustumērium, Ameriola, Medullia, Corniculū, Saturnia, ubi nunc Roma est. Antipolis, quod nūc Ianiculū in parte Romae: Antēna, Camerū, Collatia, Amiternū, Norbe, Sulmo, et cū his carnē in mōte Albano soliti accipere populi Albēses, Albani, Aesolani, Acīēses, Abolani, Bubetani, Bolani, Cusuetani, Coriolani, Fidenates, Foretij, Hortēses, Latiniēses Longulani, Manates, Macrales, Mutucumēses, Munienses, Numinenses, Olliculani, Oclulani, Pedani, Pollustini, Querquetulani, Sicani, Sisolēses, Toleriēses, Tutiēses, Vimitellarij, Velientes, Venetulani, Vicellenses. Ita ex antiquo Latio liij. populi interiere sine vestigijs. In Cāpano autē agro Stabiae oppidū fuere vsq; ad Cn. Pōpetū, & L. Carbonē COSS. pridie Cal. Maii, quo die L. Sylla legatus bello Sociali id deleuit, quod nunc in villas abiit. Intercidit ibi & Taurania. Sunt & morientis Castilini reliquia. Præterea autor est Antias, oppidū Latinarū. Apiolas captū a L. Tarquinio rege, ex cuius præda Capitolū is inchoauerit. A Surrēto ad Silarū annē xxx. M. pass. ager Picentinus fuit, Tuscorū tēplo Iunonis Argiua sub Iasone cōdito insignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. A Silaro regio tertia & ager Lucanus Brutiusq; incipit, nec ibi rara incolarū

* mutatio * mutatiōe. Tenuerūt eā Pelasgi, Oenotrii, Itali, Morgetes, Sicali, Græcia maxime populi, nouissime Lucani a Samnitibus orti duce Lucio. Oppida Pæstū Græcis Posidonia appellatū, sinus Pæstanus, oppidum Helia, quæ nunc Velia. Promontoriū Palinurū: a quo sinu recedente traiectus ad columnā Rhegiā c. M. pass. Proximū autē huic flumen Melphes. Oppidū Buxētū Græce Pyxus, Laus amnis: fuit & oppidū eodē noīe. Ab eo Brutū littus, oppidum Blāda, flumen Batum, portus Parthenius Phocensium, sinus Vibonensis, locus Clāpetia, oppidū Tēpsa, a Græcis Temese dictū, & Crotoniensium Terina, sinusq; ingens Terineus. Oppidum Consentia. Intus in peninsula fluius Acheron, a quo oppidani Acherōtini. Hippo quod nūc Vibonē Valentia appellamus. Portus Hercules, Metaurus amnis. Tauranium oppidū, portus Orestis, & Medua. Oppidū Scylleum. Crataeis fluius, mater (vt dixeret) Scyllæ. Dein colūna Rhegia: Siculū fretū: ac duo aduersa promōtoria: ex Italia Cænis, ex Sicilia Pelorū xii. stadiorū īteruallo. Vnde Rhegiū xii. M. d. pass. Inde Apēnini sylua, pmōtorium Leucopetra xii. M. pass. ab ea Locri cognominati a promontorio Zephyrio, absunt a Silaro ccciii. M. pass. Et includitur Europæ sinus primus, ī eoq; maria nuncupatur: unde irrūpit Atlanticū, ab alijs Magnū: qua ītrat, Porthmos a Græcis, a nobis Gaditanū fretū: cū intrauit, Hispanum, quatenus Hispanias alluit: ab alijs Ibericū, aut Balearicū: mox Gallicū ante Narbonēsem puincia, hinc Ligusticū. Ab eo ad Sicilia insulā, Tuscum: quod

ex Græcis alii Notū, alii Tyrrhenum, ē nostris pluri mi Inferū uocat. Vltra Sicilia ad Salētinos, Ausonū Polybius appellat. Eratosthenes autem inter ostium oceani et Sardinia quicquid est, Sardoū. Inde ad Sicilia Tyrrhenū. Ab hac Cretā vsq; Siculū. Ab ea Creticum. Insula per hæc maria primæ oīum Pityusæ a Græcis dictæ, a frutice pineo, nunc Ebusus uocatur utraq; ciuitate fœderata angusto freto interfluente, patent xlii. M. pass. Absunt a Dianio septingētis stadii, totidē Dianium per continētē a Carthagine noua. Tātundē a Pityusis ī altum, Baleares duæ, & Sucronē uersus Colubraria. Baleares funda bellicosas, Græci Gymnasia dixere. Maior c. M. pass. lōgitudine: circuitu uero cclxxx. M. oppida hēt ciuiū Romanorū Palmā et Polētiā, Latina Cinium et Cunici, et fœderatum Bochri fuit. Ab ea xxx. M. pass. distat minor longitudine lx. M. circuitu cl. M. pass. ciuitates habet Iannonē, Saniserā, Magonē. A maiore xii. M. pass. in altum abest Capraria, insidiosa naufragijs, & ē regione Palmæ urbis Menariæ ac Tiquadra, & parua Anibalis. Ebusi terra serpentes fugat, Colubraria parit. ideo infesta oībus, nisi Ebusitanā terram inferentibus: Græci Ophiusam dixere. Nec cuniculos Ebusus gignit, populātes Balearium messes. Sunt aliæ xx. ferme parua mari uadoso. Gallia autem ora, in Rhodani ostio Metina, mox quæ Blascon uocatur, tres Stæchades a uicinis Massiliensibus dictæ propter ordinē, * quas itē nomināt singulis uocabulis, Proten et Mefen, quæ et Pomponiana uocatur. Tertia Hypæa. Ab his Sturium, Phœnice, Phila, Lero, & Lerina ad uersum Antipolim, ī qua Vergoani oppidi memoria.

De Corsica.

CAP. VI.

IN Ligustico mari est Corsica, quæ Græci Cyrnon appellauerunt, sed Tusco propior, a septentrione in meridiem p̄iecta, longa pass. cl. M. lata maiore ex parte l. circuitu cccxxii. M. abest a uadis Volaterranis lxii. M. pass. Ciuitates habet xxxiiii. & colonias Marianā a C. Mario deductam, Aleriam a dictatore Sylla. Citra est Oglasa: intra uero lx. M. pass. a Corsica, Planaria a specie dicta, æqualis fretis, ideoq; nauigijs fallax. Amplior Virgo & Capraria, quam Græci Aegilon dixere. Item Egilium & Dianium quam Artemisiam, ambæ contra Cosanum littus: & parua Menaria, Colubraria, Venaria: Illua cum ferri metallis, circuitu c. M. a Populonia x. a Græcis Aetalia dicta. Ab ea Planasia xxxix. M. ab his ultra Tiberina ostia in Antiano Astura, mox Palmaria, Simonia, et aduersum Formias Pontia. In Puteolano autem sinu Pādataria, Prochyta, nō ab Aenæa nutrice, sed quia profusa ab Aenaria erat. Aenaria ipsa a statione nauium Aenæa, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, nō a simiarū multitudine (ut aliqui existimaue-re) sed a figlinis doliariorum. Inter Pausilypum & Neapolim Megaris: mox a Surrento viii. M. pass. distantes, Tiberiū principis arce nobiles Caprea, circuitu xl. M. pass. Leucothea. Extraque conspectum, pe-

c iii lagus

* quo fixæ sunt, Nomi na singulis, Prote, Mele